



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**S. Avrelii Avgvstini Hipponensis Episcopi Et S. R. E.
Doctoris Vita**

Lancilottus, Corneille

Antverpiæ, 1616

Cap. XL. Etiam hæretici D. Augustinum suspiciunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42857

ex omnibus veritatis assertoribus vnum colat, meritoque eum veneretur, propter incomparabilem in omni laudum genere excellentiam? Qui Catholicę veritatis testis omni exceptione maior, non de suã tantum sed & de communi antiquorum Patrum & Apostolicę Ecclesię stabili confessione, nos bonã fide reddit certiores, qui Ecclesię Doctor, ab odio & amore partium omnino alienus, præclare apud omnes suo merito audit Pastor & Episcopus: in quo iure miretur tota posteritas ingenij acrimoniam, doctrinę soliditatem, S. Scripturę peritiam: in differendo subtilitatem, in asserendo constantiam, in iudicando sapientiam, in viuendo sanctimoniam, in agendo fidem & industriam singularem.

CAPVT XL.

Etiam heretici D. Augustinum suspiciunt.

PROPTEREA etiam ipsimet Religionis nostrę aduersarij, qui vel exiguum vel nullum honorem Patribus deferunt, cum alioqui fallaciis impēsē dediti sint, & eosdem Patres insimulent fallacię; impulsu tamen veritatis (quę ex inuitis interdum erumpit pectoribus) adacti, vnum sæpè Augustinum excipiunt, & tamquam illibatę doctrinę magistrum obseruant: imò quod
est

Declama-
tione in
S. Augusti-
num.
NOTA.

est amplius, ipsi Apostolo Paulo parem, vel certe proximum statuunt. *In scholâ nostrâ, inquit P. Melanchthon, gratiam Augustini mentionem esse decet: cuius doctrina cum sit necessaria Ecclesiæ, merito Augustinum amare debemus, qui caelestem illum thesaurum præcipuè conseruauit.* Amplius etiam Caluinus Augustino tribuit, qui censet ab eodem omnem antiquitatis doctrinam compendiosius & fidelius traditam. *Nec opus, inquit, est laborando inuestigare quid veteres senserint, quando vnus Augustinus ad id sufficere potest. Ex illo igitur sumant lectores, si quid de sensu antiquitatis habere certi uoluerint.* Hæc Caluini aliorumque nouatorum, suo se gladio, instar Goliæ, perimentium, de S. P. Augustino censura: qui sibi & Ecclesiæ Romanæ perpetuam constantiam seruans, verioribus antiquorum Patrum encomiis ornatur.

Lib. 3. In-
stit. cap. 3.

NOTA.

CAPVT XLI.

*Orthodoxi Patres certatim laudibus accumul-
lant B. Augustinum.*

Epist. 25.
apud S. Au-
gustinum.

ATQUE vt ex multis paucorum adfe-
ram testimonium, *Maeste* (inquit Hie-
ronymus) *virtute, in orbe celebraris, Catho-
lici te cõditorem antiquæ rursum fidei vene-
rantur & suspiciunt, qui contra flantes ven-
tos*